

1354. 10. Aprilis
4. Idus Iulias.

Ex Ms. Arch. Rom. Aug. Regi
Collat. Dogeli.

399.

39. Innocentii Papae VI. Literae Cruciatæ contra Lithuanos
et Tartaros. —

83

Super Carissimus in Christo Filius Noster Casimirus Rex Po-
lonie Illustris per Litteras, et Nuntios suos nostro Apostolatu patefecit,
Quod Gentes perfida Lithuanorum et Tartarorum, in tenebris ambulantes,
carentesq; lumine Catholice veritatis, profana cogitatione putantes, pro eo,
quod Regnum Polonie, quod a Fidelibus habitatur, est in ultimis Christi-
anorum finibus constitutum; propterea ad impugnationem Regni pre-
fati eisdem Tartaris et Lithuanis, absque Catholicorum Principum et alio-
rum Fidelium, juxta profanos conceptus ipsorum, facilior via patet;
dictum Regnum, et Christianos habitatores ipsius, iam per tres Annos
elapsos invaserant, et invadere ac impugnare continue moliuntur, ad de-
solationem Fidelium habitantium in eodem, et Religionem Catholicam,
inibi profanandam, conflatis potentie sue viribus hostiliter intendentes,
Propter quod prefatus Rex, qui ex hoc per dictum triennium, et preser-
tim Anno proximo preterito, tam in Gentibus suis, ex quibus, prohi dolor!
nonnullos sava in Fidelium eorundem impietas peremit gladio, et alios
in miseram servitutem adduxit, quam in thesauro, et aliis bonis suis, in-
estimabilia Damna sustinuit, attendens quod Regnum prefatum
est Ecclesie Romane immediate subiectum, et etiam consuale, et
quod Ipsi tam, quam habitatores predicti sunt ejusdem Ecclesie pecu-
liares Filii, et Fideles, et quod ex impugnatione Ipsorum, non solum
dictum Regnum, ejusque Incole, quinimo Fidelitatori dicto Regno
tam proximi quam remoti procul dubio diris adversitatibus lacerentur,
Nostra in hac parte, et per Nos prompta Fidelium et aliorum Subsidia
humiliter imploravit; et Datum Avin. 11. Idus Novembris An-
no 11. —

Handwritten text at the top left of the page, possibly a date or reference number.

Handwritten text at the top right of the page, possibly a date or reference number.

Main body of handwritten text, appearing to be a letter or document, written in a cursive script. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.

Handwritten number '83' in the left margin.

Handwritten text at the bottom right of the page, possibly a signature or date.